



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Eius iussu legationem obit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

1573.  
Magnificus Ca-  
nisius à Grego-  
rio XIII.

Pius iussu le-  
gationem obit.

Et in Urbem  
venit.

Sedet Colle-  
gium Germani-  
cum Roma  
fundandum:

iterum Pontificis iussu. Quippe anno 1573. Gre-  
gorius XIII. qui priore anno Pontifici Pio Quin-  
to successerat, suscepta omni ope subleuāda Ger-  
mania, perbenignè scripsit velle se desiderij sui  
adiutorem Canisium esse, cuius sciret quantum  
ad eam rem industria, & sapientia valeret: iussitq;  
literis complecti, quæ in eum usum idonea iudi-  
caret. Iamq; bonam lucubrationem confecerat  
Pater, cum literis nouis admonetur, ut ipsius Pó-  
tificis nomine certa mādata perferat ad Ferdinā-  
dum Archiducem, ad Albertum Ducem Bauarū,  
ad Salisburensem Archiepiscopū: adhęc Hæreti-  
corum voluminum, quæ ad refutandum oppor-  
tuna essent, bonum numerum comparet, mit-  
tatq; in Vrbem, tum ipsem et accedat. Corame-  
nim melius de morbis earum regionum, curan-  
diue ratione, quam per Commentarium actum  
iri. Obita igitur legatione per Germaniam, quæ  
iniuncta erat, ceterisq; perfunctus mandatis, pri-  
mo vere Romam accessit. Hic inter cetera, quæ  
sapienter pro Germaniæ religione in medium  
contulit, autor fuit Pontifici, ut Collegia, & Con-  
tubernia excitaret multæ Germanorum soboli  
in pietate, ac literis educandæ: vnde velut è semi-  
nariis